

BIBLIOPOLY

Febr. 1634.



JESUS MARIA JOSEPH

EXORCIZMY

*Skuteczne przeciwko SZARANCZY,
już praktykowane tymi czasy.*

406487

- Ÿ. Adjutorium nostrum in Nomine Domini,
- R. Qui fecit Cælum & terram.
- Ÿ. Domine exaudi Orationem meam,
- R. Et clamor meus ad te veniat.
- Ÿ. Dominus vobiscum,
- R. Et cum Spiritu tuo.

O R E M V S:

PRæces nostras, quæsumus, Domine, clementer exaudi: ut qui juste pro peccatis nostris affligimur, & harum noxiarum locustarum persecutionem patimur, pro tui nominis gloria, ab ea misericorditer liberemur: ut procul à tua potentia expulsæ nulli noceant, & hos agros vel prata, in tranquillitate & quiete dimittant, quatenus ex eis provenientia, tuæ Majestati deserviant,

& nostræ necessitati absque nocumento sub-
veniant. Per Christum Dominum nostrum.

EXORCISMVS.

EXorcizo & adjuro vos, pestiferi vermes
locustæ noxia animantia per Deum Pa-
trem omnipotentem, per Jesum Christum
Filium ejus Dominum nostrum, & per Spi-
ritum Sanctum, ab utroque procedentem
& per intercessionem B. M. V. & Sancti JO-
SEPH ut confestim recedatis ab his agris
campis, vel pratis, nec ampliùs in eis habi-
tetis, sed ad illa, & talia loca transeatis, ubi
nullis Dei servis nocere possitis, pro parte
omnipotentis DEI, & totius curiæ cælestis,
sancti JOSEPH & Ecclesiæ sanctæ DEI, vos
maledicentis, ut quocunque ieritis, sitis
maledicti, deficientes de die in diem in vos
ipsos, & decrescetes, ita ut reliquiæ in
vobis nullo in loco inveniatur, nisi neces-
sariæ ad salutem & usum hominum, quod
præstare dignetur, qui venturus est judicare
vivos & mortuos, & sæculum per ignem.
Amen.

Alius Exorcismus:

EXorcizo & adjuro vos dæmones, per De-
um Patrem omnipotentem, qui in de-
serto

fero per quadraginta annos cibavit filios
Israel mannâ, & ex petra aquam eduxit
eis ad bibendum, ut statim ab his agris
campis, pratis, omne quod noxium
est, amoveatis. Adjuro etiam vos anima-
rum, & quæcunquæ per maleficiûm diabo-
li noxia estis hominibus, & bonis eorum,
per Deum Patrem† Omnipotentem, & Fili-
um† ejus, & per Spiritum† Paraclitum, ut hinc
discedatis, & nocere desinatis graminibus,
frugibus, & dissipemini, & omnis virtus
& potestas nocendi vobis adimatur, & in-
terimat vos dextera DEI omnipotentis per
invocationem nominis sui, & per passionem
& mortem JESU Christi filij sui, & per
merita Beatissimæ Virginis MARIÆ, &
Omium Sanctorum & Sanctarum totius
caelestis curiæ. Amen.

Concludat Exorcista sequenti Oratione.

OMnipotens sempiterne DEUS, remune-
rator omnium bonorum, & penitenti-
um peccatorum maximus miserator: in cu-
jus Nomine omnia genua flectuntur, cæ-
lestium, terrestrium, & infernorum: con-
cede nobis propitius, ut quod de gratia &
misericordia tua confisi agimus, per ean-
dem gratiam & virtutem tuam efficacem

con-

consequamur effectum; ut per tuam clementiam ab hac peste liberati, Majestati tuae congruas gratiarum referamus actiones. *Per Christum Dominum Nostrum, Amen.*
Te Kartki zakopać w polach, osobliwie od Granicy. Gdyby zaś już była Szarańcza, nad którym polu, więc powinny być czytane nad Szarańczę przez Kapłana, dla którego Informacya.

Sacerdos prius hac die absoluto Sacro ad hanc Intentionem, & post Sacrum immediate, accepta Stola violacei coloris, sistens ante Locum tenens in manu dextra Crucifixum, & in sinistra superscriptos Exorcismos, invocato DEI auxilio, prius dicat genuflexus Litanias de Omnibus Sanctis, respondentibus adstantibus, cum Orationibus consuetis, quibus finitis surgens, clara voce cum viva fide, proferat distincte verba Exorcismorum, quibus finitis aspergat agros in modum Crucis, a qua Benedicta, (si fieri potest) Benedictiōne contra vermes & locustas, quibus finitis curet hos Exorcismos in aliquot locis Camporum fodere.



*Tych Exorcyzmow dostanie w Krakowie u OO.
Karmeliton Bossych. Świętego Michała.*